

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Paul Tarnow

**Programma, in funere, Quod Vir ... Dn. Johannes Moringius, Coniugi ...  
Catharinae Clingiae, curabit, Hodie hora media prima in templo Mariano, P.P. cl I  
cxxx.**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747411646>

Druck    Freier  Zugang



Tarnovius, P.,

in C. Clinge,

uxor. J. Moringii.

R. 1630.

16.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn747411646/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747411646/phys_0002)

DFG





PROGRAMMA,  
in funere,

128.

Quod

VIR Ampliss. CL. & Consultiss.

Dn. JOHANNES MORINGIUS,

Conjugi suæ dilectissimæ,

CATHARINA  
CLINGIAE, curabit,

Hodie bora media prima in templo  
Mariano,

P. P. c l o I c c x x .



Rostochi

Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.

Anno M. D C. XXX,

16.

RECTOR  
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,  
Paulus Tarnovius, D. & Pro-  
fessor S. S. theologiae.



Egius Propheta Da-  
vid, in gravissima calam-  
itate constitutus, cum Dei  
gratiam ardentissimè im-  
ploraret, inter cetera argu-  
menta suæ humilitatis &  
fiduciæ commemorat, quod  
se peregrinum coram eo, & inquit inuinum agnoscit,  
cum omnibus majoribus suis, Psal. 39. v. 13. idem  
asserit de omnibus sanctis epistola ad Hebræos  
cap. 13. v. 14. quando ex eorum persona loqui-  
tur, dicens: Non habemus hic stabilem civita-  
tem, sed futuram illam inquirimus. quibus plane  
geminum & cognatum est, illud apostoli: No-  
strum πελίνων est in cælis, Philipp. 3. v. 20. cuius  
cura nulla est, qui terrena sapiunt, ut ibid. v. 19.  
docetur. Hujus spiritualis nostræ peregrina-  
tionis, dum absunt a Domino, 1. Corinth. 5.

v. 6.

v. 6. imaginem in corporali aliàs luculentius,  
aliàs obscurius videre licet: qualiscunq; autem  
offertur, semper pios ita mundo uti fas est, ut  
eo non abutantur, 1. Corinth. 5. v. 31. cuius sa-  
pientiæ pars non postrema est, semper memi-  
nisse, quæ terrena sunt, esse transitoria, sive, &  
apostolus ibidem loquitur, *χώρα* & habitum  
hujus mundi præterire, & nos in his terris tan-  
quam viatores perpetuò versari. idem monent  
versiculi Poetæ superioris seculi non ine-  
gantes, quibus hanc eandem doctrinam com-  
plexus est, in hunc modum:

Vita viatoris quasi transitus, omnia finem,

Quicquid hic immundus mundus honorat,  
habet.

Transit honor, transit fortuna, pecunia transit,

Mente Deo similis, corpore transit homo.

Transivere patres, & nos transibimus omnes:

In cœlo patriam, qui benè transit, habet.

Hujus meditationis dissertationisq; omnibus  
momentis unicuiq; nostrum necessariæ, occa-  
sionem subministravit matrona verè pia, ho-  
esta & omnium virtutum ornamenti conspi-  
cua, CATHARINA CLINGIA, cui  
hodie justa parantur à marito lugente, & libe-  
ris mærentibus, nata ea fuit Fribergæ ad Rhe-

num, paere viro spectatissimo, dn. JACOBO CLINGIO, ejus civitatis patritio honoratissimo, fratre Clarissimi, Consultissimi, & Amplissimi viri, dn. BARTHOLOMÆI CLINGII, J.U.D. celeberrimi, academiæ hujus professoris per annos quinquaginta meritissimi, Illustrissimorum & Celsissimorum Megapolæos Principum & ducum Consiliarij dignissimi: matre, sc̄mina honestissima, WEINBRANDA Gankenacht. hisce parentibus orta cum ferè decennis esset, peregrinationis suæ initium in terris fecit, Rostoch. accersitam à patruo prædicto, Dn. D. BARTHOLOMÆO CLINGIO: cuius in ædibus permansit, benè & pudicè ibidem educata in pietate & œconomicis operibus, quod ejusdem patria bellicis tumultibus esset eo tempore infestata, cum adolevisset & jām conjugio matura esset, elocata ab eodem fuit viro doctrina & rerum politicarum usu ornatissimo, dn. BERNHARDO LUSCOVI, patritio Rostochiensi, Protonotario hujus urbis fidelissimo, fratre viri CL. Consultissimj, & doctissimi, dn. MARCI LUSCOVII, J.U.D. & Professoris eximij, cum quo biennium in coniugio tranquillo, sed infœcundo, transegit.

Trans-

Transacto luctus viduitatis termino ad secundum  
vota cum viro tam majorum imaginibus  
& insignibus, quam sua doctrina, eloquentia  
& virtute nobili, dn. CHRISTOPHORO  
STURTZIO, Jurisconsulto celebri, histo-  
riarum in academia nostra Professori eximio,  
Serenissimorum & potentissimorum heroum,  
FRIDERICI II, Daniæ, & SIGISMUNDI III. Poloniæ Regis, Consiliario fidelissi-  
mo: cum quo viginti duos annos conjugij &  
terrena peregrinationis onera sustinuit, mari-  
tumq; duodecim liberorum parentem fecit:  
quorum, qui masculi fuerunt, primo & ultimo  
loco geniti, AZARIAS & JACOBUS, Ju-  
risconsultorum honorem & privilegia publico  
ritu in academijs usitato adepti fuerunt, alter  
etiam patris in academia docendarum histo-  
riarum munus, & dignitatem consiliarij, in au-  
la Holsatica, linea Sunderburgensis, alter officium  
advocati in provinciali judicio Megapolitano, consecutus est: intermedij fuerunt  
CHRISTOPHORUS, militiam securus,  
BERNHARDUS, FRIDERICUS, ER-  
NESTUS, GEORGIUS, JOANNES  
RUDOLPHUS, & qui hunc securus, in ipso  
ortu extinctus fuit: quod fatum omnes præter-

A 3

ter-

tertium horum, subierunt: hic enim solus  
cum D. JACOBO de fratribus superest: quæ  
fœminini sexus sunt, earum, una ELISABE-  
THA nuptum data est viro prudentissimo &  
spectatissimo, dn. MARTINO SCHWAR-  
TZEN, Senatori Malchinensi, altera CA-  
THARINA, juncta fuit viro literis & rerum  
forensium usu perito, Dn. JODOCO BEH-  
REN, quem ante non multas septimanas in  
cœlum migrantem præmisit: tertia ANNA  
MARIA, quarta, EVA, Dn. JOHANNI  
GETELT, J. U. D. & judicij Megapolitani  
advocato & procuratori elocata est. Post mor-  
tem parentis horum liberorum desideratissi-  
mi, tertio demum nupsit Amplissimo CL. &  
Consultissimo viro, dn. JOHANNI MO-  
RINGIO, J. U. D. & caussarum forensium  
practicō celeberrimo, cuius dona & virtutes  
in varijs legationibus ad Reges & Principes,  
civitatum amplissimarum nomine peractis, e-  
nituerunt. hujus ultimi mariti, Dn. D. JO-  
HANNIS MORINGII tranquilla & pacifica  
cum defuncta conjugé per annos viginti se-  
ptem conversatio duravit: quo tanto tempore  
ita se gessit non modò erga uxorem dilectissi-  
mam, sed etiam erga liberos privignos, ut ve-  
rè pa-

re paternum affectum omnes sint experti: quo nomine ejus benignitas & liberalitas non modo in hac civitate & tota provincia, sed etiam extra eam pleno ore à multis laudatur. De pietate defunctæ, quam toto peregrinationis suæ in terris tempore testatam fecit, nec intermisit, cum ad metam tenderet, dicent, quibus ea cura potissimum incumbit, animarum curatores: nos cum apostolo, I. Timoth. 2. v. 15. salvatam per generationem liberorum minimè dubitamus, quæ in fide & charitate & sanctificatione cum modestia permanxit. Finem vivendi ei attulit, die 10. Augusti, hora inter quintam & sextam vespertinam spatiū intermedium, cum jam in annum septuagesimum tertium supervixisset, solo defectu viri naturaliū ex ætate senili extincta, cui nulla medicamenta, quantumvis diligenter & sollicitè adhibita in emortuo corpore & ventriculi imbecillitatibus mederi potuerunt. Funus defunctæ fiet hodie, hora media prima, ad cujus cohonestationem ut frequentes convenienter omnes omnium ordinum academiæ cives, eosdem rogo & invito: simul etiam horror, ut singuli suam privatam & publicam totius Germaniæ salutem Deo ardentissimis precibus

com-

commendare non intermitant; excitati par-  
tim incertitudine & instabilitate communis fe-  
licitatis terrenæ, partim singularibus exemplis  
eorum, quæ passim geri & fieri audimus. Cu-  
stos ille Israelis unicus, qui neque dormitat,  
neque dormit, Psal. 121. v. 4. protegat sub um-  
bra alarum suæ misericordiæ ecclesiam pas-  
sim afflictam, & restituat pacem tot jam annis  
exsulantem: hoc unanimi voto ab ipso omnes  
petamus. P. P. 13. Augusti, 1630, sub si-  
gillo academiæ.











re paternum affectum omnes sint expe-  
nomine ejus benignitas & liberalitas  
dō in hac civitate & tota provincia, si  
extra eam pleno ore à multis laudatur.  
tate defunctæ, quam toto peregrinatio-  
in terris tempore testatam fecit, ne-  
misit, cum ad metam tenderet, dicent  
ea cura potissimum incumbit, anima-  
ratores: nos cum apostolo, i. Timotho  
salvatam per generationem liberorum  
dubitamus, quæ in fide & charitate &  
ficatione cum modestia permanxit. Fi-  
vendi ei attulit, die 10. Augusti, ho-  
quintam & sextam vespertinam spat-  
termedium, cum jam in annum sep-  
mum tertium supervixisset, solo defec-  
naturaliū ex ætate senili existincta, cui n-  
dicamenta, quantumvis diligenter &  
adhibita in emortuo corpore & ventri  
becillitatibus mederi potuerunt. Fu-  
functæ fiet hodie, hora media prima,  
cohonestationem ut frequentes con-  
omnes omnium ordinum academiæ ci-  
dem rogo & invito: simul etiam horro-  
guli suam privatam & publicam totius  
maniæ salutem Deo ardentissimis p-

